



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Avthoritatis, Sev Potestatis Archiepiscopi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

quæst. 2. idem conf. 71. num. 2. & conf. 72. num. 1. de regularibus, & confil. 4. num. 2. de statu Monachorum, nam alias inquietari potest a fratribus sui ordinis, & erit in malo statu, & sic manendo, & celebrando irregularitatem incurreret, ut optime retulit Nauar. confil. 22. de regularibus num. 2. & 3.

PRAXIS AVTHORITATIS, SEV POTESTATIS
Archiepiscopi.

RESOLVT. XXII.

- 1 Archiepiscopus est ordinarius iudex omnium Episcoporum sue provincie.
- 2 Episcopi immediate sunt subiecti Metropolitano.
- 3 Lege Metropolitana Episcopi sunt subiecti Archiepiscopo, & sunt sui.
- 4 Episcopus suffraganeus est de clero Metropolitani.
- 5 Suffraganei dicuntur à suffragando.
- 6 Archiepiscopus potest indifferenter cognoscere de causa civili, & per eius subditum conveniri absque venie petitione.
- 7 Archiepiscopus est iudex ordinarius Vicariorum generalium suffraganeorum in eo, in quo delinquant.
- 8 A sententijs officialium suffraganeorum ad Archiepiscopum appellatur.
- 9 Consistorium Episcopi, & officialis unum & idem est.
- 10 Iudex non potest cogere testem ad testificandum in causa coram ipso vertente nisi sit sue iurisdictioni subiectus.
- 11 Citatus, & excommunicatus a non suo iudice excommunicatio est ipso iure nulla, & non tenetur comparere.

Quam potestatem habeat Archiepiscopus in eius suffraganeos.

- 1 Archiepiscopus est ordinarius iudex omnium Episcoporum sue provincie c. quia cognouimus 10. q. 3. c. pastoralis in principio ubi Abbas num. 2. de off. ord. c. sollicitudinem de appellat. glof. in c. metropolitano 2. q. 7. & in c. sicut venire in verbo attentare de except. prælat. & in authen. clericus verbo Episcopalis c. de sacros. Ecc. Abb. in c. excommunicato sub num. 13. de rescriptis in c. suffraganeis num. 1. de elect. in c. non potest sub num. 8. de re iudic. in c. nullus num. 2. de iur. patronatus in c. dilectus num. 7. de appellat. in c. postulatio num. 7. de cler. excom. minist. & in c. antiqua de privilegijs. Gemin. in c. venerabilibus in princip. numero 4. de sentent. excomm. in 6. per illum tex. & in c. clericos 21. dist. ubi etiam dicit quod
- 2 Episcopi immediate sunt subiecti metropolitano. Zamb. in clem. abusionibus sub num. 8. de poenit. & remis. Gemin. & Franc. in c. vt litigantes de off. ord. in 6. Roma. conf. 121. num. 3. Fel. in cap. cum inferior de maior. & obed. Bott. de Syno. par. 4. art. 2. num. 28. & 29. est enim Episcopus suus, & eidem Metropolitana lege subiectus d. c. pastoralis in principio, facit tex. in c. dilectus filius in secundo de sim. ibi Episcopis tuis
- 4 & c. primo 34. dist. & est de clero Metropolitani c. miratus & ibi glof. 93. dist. Bott. de Synd. par. 3. art. 2. sub num. 27. qui est eorum superior clem. 1. & ibi glof. in ver. superiores de exce. prælat. glof. in c. quia periculum de sent. excom. in 6. & in cap. cum Apostolus in verbo rationabilis de cens. & dicuntur suffraganei à suffragando, quia suffragantur sibi in officio Episcopali Abb. in d. cap. suffraganeis, & in c. quod sedem de elect. ex quibus inferitur quod si Episcopus manus iniecit in clericum, & est fenex, vel debilis vel impeditus poterit absolui per Metropolitanum, qui est eius ordinarius, vel sede Metropolitana vacante per capitulum ipsius Speculat. in tit. de diuersis sent. for. ver. quid si ipse Episcopus. Bertach. in tract. de Episc. in

6 præludij num. 13. & qualiter Archiepiscopus potest indifferenter cognoscere de causa civili, & potest conveniri etiam per eius subditum absque petitione venie Abbas in c. legebatur sub n. 3. de maior. & obed. Alber. Oliua, super tit. 1. 1. Cur Archiep. Neap. & quicquid in criminib. vide Abb. in d. c. pastoralis in princip. & in c. 2. de appell. & quid si de crimine agatur civiliter Abb. in d. c. non potest num. 8. & in causa civili non solum procedit si conveniretur actione spirituali, sed etiam si reali, vel ratione rei sitæ in eius diocesi, vel provincia Abb. in c. sanè num. 5. de for. comp. cuius dictis adde Gem. & Franc. in d. c. vt litigantes, & Conrad. in templo omni. iudi. lib. 2. cap. 4. num. 17. 18. & 19. Sbrozz. in tract. de officio vicarij lib. 2. q. 58. in causis verò criminalibus vide decretum Concil. Trid. sess. 24. c. generali num. 5. & sess. 13. c. 6. & 7.

Non desunt tamen aliqui Doctores dicentes quod Archiepiscopus in ipsis suffraganeis nullam habet potestatem, nisi quatenus expressum in iure reperitur glof. in clem. si vna in verbo mensæ suæ de reb. Ecclesiæ non alienand. Decius in ca. sollicitudinem num. 11. de appell. post Host. & Ioan. in c. magna de vot. idem dicit Ioan. Andreas in c. nullus de iur. par. refert Fel. in d. c. pastoralis in principio, & in c. cum ex officio n. 7. de præscriptione, qui dicit esse doctrinam solitariā, & quo d. in hac materia Episcoporum metropolitani est prohibitum quicquid expresse non reperitur concessum, colligitur euidenter in eo quod legitur & notatur in c. inter corporalia §. sed neque vers. & quod non est de transl. Episc. secundum Host. in dicto cap. magna facit etiam tex. in c. dilectus de temp. ord. c. duo simul de off. ord. & gl. fin. in cap. 1. de sup. neglig. prælat. in 6. ubi dicit Host. per d. cap. 2. de transl. Episcop. quod Archiepiscopo responderi potest, quia sufficit quod casus ille non inueniatur expresse concessus.

- 7 Amplio quod nedum Archiepiscopus est in dex suffraganeorum d. c. pastoralis in principio; sed etiam Vicariorum generalium ipsorum c. 1. de off. Vic. in 6. & hoc in ijs in quib. Vicarij delinquant d. c. 1. potest ergo Archiepiscopus eos punire. Zabarella in clem. abusionibus sub num. 8. de poen. & remis. idem dicit in clem. Archiepiscopo vers. simili num. 2. de privilegijs. quod Archiepiscopus habet iurisdictionem in Episcopos suffraganeos & eorum officiales principales per d. c. pastoralis in princip. & c. Romana de off. ord. in 6. & quod qui habet querelam contra Episcopum, vel eius officialem potest adire Archiepiscopum per simplicem querelam c. venerabilibus §. sed si excommunicatus de sent. excomm. in 6. secundum Cardinalem in d. clem. Archiepiscopo. Gemin. in d. c. venerabilibus num. 4. ubi etiam dicit, quod quilibet subditus suffraganeorum potest adire Archiepiscopum per viam querelæ contra suffraganeum, vel eius officialem, nec obstat tex. in c. 1. §. nec etiam. & §. fin. de for. compet. in 6. quia intelligitur quando ext. officium vt per Ioannem And. in d. §. fin. & ideo si in exercendo iurisdictionem Episcopalem delinquant officiales in aliquo in talibus immediate subsunt Archiepiscopis, vnde à sententijs eorundem ad Archiepiscopum appellatur c. Romana de appellat. in 6. & possunt Archiepiscopi animaduertere in eosdem v. g. si non seruant privilegia sedis Apostolicæ sententiam proferrunt per gratiam, vel per sordes contra cap. 1. de sent. excomm. in 6. vel vniuersitatem siue collegium, vel generaliter sine causa rationabilis & verè expressione c. Romana §. penult. & fin. cod. tit. & multa alia exempla poteris colligere per te ipsum, in alijs autem quæ facit, vel possidet officialis Episcopi tanquam priuatus non habet se intromittere Archiepiscopus pliusquam de alijs subditis suffraganei sui d. c. Romana §. nec etiam. & §. final. de for. comp. in 6. & Archiepiscopus

piscopus potest contra eundem procedere quando de facto, & contra iura suum exercet officium: ita dicit Host. in d. c. 1. de off. Vic. in 6. verb. officialem, & ver. non arctatur id etiam dicit in dicto cap. 1. de for. comp. in 6. ver. officiales inquit quod cum Consistorium Episcopi, & officialis vnum, & idem sit d. cap. Romana de appellat. in 6. videbatur quod uterque ead. persona censeretur, & ideo possit Archiepiscopus distringere officialem sicut & Episcopum, prout in d. c. pastoralis in principio, sed non ita est nisi in ijs, in quibus officialis delinqueret circa dictum consistorium, siue officium dicti consistorij vt patet in d. c. 1. §. fin. de for. compet. in 6. vbi idem tenet Ioan. And. Gemi. & Franc. in ijs ergo quæ sunt extra officialatum non se intromittit Archiepiscopus plusquam de alijs subditis suffraganeorum, Sbrozz. in tract. de off. Vic. lib. 2. q. 59. & lib. 3. q. 87. in quos regulariter nullam habet potestatem, nisi in casibus expressis in iure cap. Romana, & cap. venerabilibus de sent. excommunicationis in 6. d. cap. pastoralis vbi preter alios Bellam. num. 1. & 10. & Fel. num. 5. & est tex. in d. c. 1. de supp. negl. prælatus in 6. cap. 1. de for. comp. ca. sicut venire de excess. prælatus. Abb. in c. si quis contra dictum sub nu. 40. de for. comp. & in c. ex parte num. 5. de concess. præb. Zab. in d. Clem. Archiepiscopo, & ibi etiam Imm. num. 12. Fel. in c. cum ex officij num. 7. de præscript. Decius in c. sollicitudinem num. 10. de appell. in tantum quod Archiepiscopus excommunicans subditum Episcopi, vel aboluens in casu non suo extra casus exceptos non tenet excomm. vel absolutio Innoc. in d. cap. pastoralis de off. ord. & ibidem Bellam. num. 12. & Abb. supra num. 10. qui dicit quod communiter tenetur, & vide eundem in c. quanto de off. ord. post glos. in c. per singulas il secundo q. 3. & glos. in summa 16. q. 6. in verbo metropolitanum, vnde Archiepiscopus subditos sui suffraganei non potest compellere causas delegatas ab eo suscipere, suas sententias exequi, vel testimonium in causis ad eum deuolutis proferre, nisi consuetudo aliud disponat c. 1. §. neque de for. comp. in 6. vt Gemi. num. 3. notat, 10 quod iudex non potest compellere testem ad testificandum in causa coram eo vertente, nisi sit suæ iurisdictioni subiectus. Item Archiepiscopus nec contra officiales, vel prælatos suffraganeorum consuetudine aliud non disponente, nec contra subditos eorum super salarijs aduocatorum & procuratorum causarum fori Archiepiscopi iudex competens est d. c. 1. §. nec etiam. Item Archiepiscopus non compellit inuitos contrahentes aliarum diocesium in sua propria coram se respondere nisi ibi inueniantur, sed si citati nolunt comparere, vel malitiosè se occultant ne citentur in bonis ipsorum in sua diocesi potest missionem facere, vel in alia decernere per ordinarios faciendam d. c. 1. §. contrahentes vbi notant doctores & Gemi. quod ratione contractus non potest quis conueniri in loco contractus nisi reperiatur ibi, & sic patet quod in contractibus non fit remissio ad locum contractus, si cut fit in delictis, quod si dicefanus non vult illam facere non potest compelli a iudice contractus, nisi alias sit suus secundum Mona. Arch. & Gemi. in d. §. contrahentes, & nota quod iudex non poterit excommunicare exilientem ext. territorium ratione contractus initi in territorio, si ibi non inueniatur, quod limita, nisi iudex prius præuenisset illum per citationem antequam exiret eius territorium, quia tunc teneret excommunicatio contra existentem ext. territorium ratione contumaciæ commissæ in territorio, tenet Inn. & Ioan. And. in c. præterea de dilat. & Franc. in d. §. contrahentes & nota quod disposita in d. §. contrahentes habent locum in quolibet alio iudice contractus licet non sit Archiepiscopus Ioan. And. & Gemi. ibi sub n. 15. & probantur omnia ibi disposita in l. hares absens

& l. omnem, & l. interdum §. fin. de Iud. cum similib. allegatis per Host. ibidem in verbo super contractibus. Item non potest Archiepiscopus suos clericos mittere in diocesim suffraganeorum, vt coram ipsis fiant contractus, vel iam facti approbentur, nec, si facti, & approbati sunt coram illis possunt suffraganeorum subditos cogere coram se litigare super illis, nec excommunicare suffraganeorum officiales, vel subditos si nolunt litigare coram ipso d. c. 1. §. fin. de for. comp. in 6. vbi Ioan. Andr. ampliat etiam si contractus fierent coram ipso Archiepiscopo ext. suam diocesim non sortirentur contrahentes ipsius forum: inferitur etiam ex regula prædicta quod si Archiepiscopus citat subditum suffraganei & in citatione exprimit casum per quem concludatur sua iurisdicção tenetur citatus comparere secundum Host. Mona. Ioan. And. & Gemi. in d. §. fin. num. 3. etiam notat quod citatus a non suo Iudice, licet non compareat, tamè excommunicari non potest & ratio est quia ille non potest dici contumax & Franc. in d. §. fin. vnum casum colligit, in quo excomm. est ipso iure nulla, quando scilicet quis citatur a non suo Iudice quia tunc non tenetur comparere, nec potest excommunicari si non compareret ille quod aliquo casu posset esse suus Iudex; casus, in quibus excommunicatio est nulla ponit gl. in c. presenti de sent. excom. Item Archiepiscopus non potest consentire vnioni Ecclesiarum, quæ sunt in diocesi sui suffraganei c. sicut venire de excess. prælatus. alios casus negatiuos poterit quis colligere per se ipsum.

RESOLVT. XXIII.

- 1 Dispositio Conc. Trid. sess. 24. c. 20. de ref. quando liceat appellare a sententia suffraganeorum ad Metropolitanum.
- 2 Metropolitanus potest absolvere appellantes ante litis ingressum, sed vide contrarium num. 3.

Quando licet appellare a sententia suffraganei ad Metropolitanum.

- 1 Sacrum Concil. Trid. sess. 24. cap. 20. de reformat. dicit solum in tribus casibus posse appellari a suffraganeis ad Metropolitanum.
- 1 Primo a diffinitiuâ quæ imponit vltimam manum liti.

Secundo ab interlocutoria habente vim diffinitiuâ. Tercio a grauamine irreparabili, quod per diffinitiuam non potest reparari, quæ nam sit differentia inter sententiam diffinitiuam, & interlocutoriam habentem vim diffinitiuâ, vel interlocutoriam simpliciter, vide pro practica Maran. 6. par. tit. de sentent. a num. 1. vique ad 46. vide Bald. in l. 1. in princip. C. sent. rescis. non posse Boer. decif. 79. num. 8. Conc. Lateran. sub Leone Decimo sess. 10. Sac. Conc. Trid. sess. 13. cap. 1. de reformat. Similiter Sac. Congreg. declar. 283. censuit in hæc verba.

Facultas concessa appellandi a sententia alicuius Archipresbyteri, qui sit nullius diocesis ad Episcopum intelligenda est, vt nulla in causa interpositas appellationes a sententijs Archipresbyteri ad se prædictus Episcopos aduocet, nisi vel a diffinitiuâ sententia dicti Archipresbyteri, vel ab ea, quæ sententiæ diffinitiuæ vim habeat, & cuius grauamen per appellationem a diffinitiuâ non possit reparari.

- Hinc in ca. venerabilis. §. Porro de sentent. excommunicat. habetur Metropolitanum debere ante litis ingressum absolvere appellantem, quæ absolutio appellari solet habilitatio, ad hoc vt possit appellans agere in iudicio etiam parte aduersa reluctantem cap. 3 qua fronte de appellation. tamen quia hoc videbatur periculosum nam appellans videns se sic absolu-

tum

tum vel ad cautelam vel habilitatum ad actus iudiciales indifferenter id seruabatur cum omnibus, & nulli faciebat censuras illatas contra ipsum ab ipsis suffraganeis in contemptum suffraganeorum, ac censurarum adiuncta est alia praxis, & sic iudex ad quæ recepta appellatione inhihet iudici à quo, vt per dies aliquot non procedat ad vltiora, & vt transmittat acta, quibus transmissis, & visis in Curia Metropolitana iudicari potest iuxta dict. cap. venerabilibus & sane, si inuenerit bene appellatum, & male iudicatum, vel ipsemet absoluet appellatorem, vel suffraganeum potest appellatorem remittere, & si non vult deferre potest eum absolvere, vide Anchar. in cap. solet num. 3. de senten. excomm. in 6. & Abb. in cap. per tuas num. 2. de sent. excommunicat. & hoc practicitur, quando appellatur post excommunicationem, si verò antequam incurfa sit excommunicatio superior inhihet, vt supra, & viso de iniustitia actoris precipit, vt ad vltiora suffraganeus non procedat, & hæc praxis est fundata in doctrina Abb. in c. per tuas n. 13. de sent. excomm. quam videas, & sic vidi practitari in tribus Archiepiscopatibus, vide tamen Couar. in cap. Alina mater 1. par. §. vlt. à num. 7. vsq; ad finem, & gloss. in cap. 1. in ver. prætermittit de foro compet. lib. 6. & glo. in cap. vt de tribus in vers. alioquin de appellat.

RESOLVT. XXIV.

- 1 Archiepiscopus tenetur reparare Ecclesiam.
- 2 Qui solitus est reparare is ad reparationem tenetur.
- 3 Ecclesia, in qua est deputata quarta pars reddituum de illis faciendæ reparatio.
- 4 Prælatus non tenetur ad reparationem Ecclesiæ quando destructa sit ab hostibus.
- 5 Prælatus tenetur ad reparationem Ecclesiæ deductis his quibus pro necessitate vti possit.
- 6 An his omnibus deficientibus teneantur subditi, & parochiani ad reparationem Ecclesiæ & eod. cas. ad quæ amplius teneantur vide num. 7.

An Archiepiscopus teneatur ad reparationem Ecclesiæ.

- 1 Ecclesiam Cathedralē egentem reparationē tenetur Archiepiscopus reparare. Gall. q. siue Arresto 293. post Aufser. in decis. Cap. Tholof. 500. Chopin. de Sacra Forens. polit. lib. 3. cap. 3. art. 1. quos sequitur Mainardus in decis. Tholof. 42. lib. 1. Eodem etiam modo Parochialem Ecclesiam illius rector reparare tenetur, vt voluit Cappella Tholof. in decis. 499. Vallascus in decis. 179. num. 7. & decreuit Concil. Trident. sessio. 21. cap. 7. incip. cum illud: vide Papon. Arrestor. Curia lib. 1. tit. 1. Arresto 12. Et omnes tenentur, qui ab Ecclesia recipiunt fructus decimales. Mainard. in decis. Tholof. 31. lib. 1.

Supradictæ tamen conclusionis decisio recipit nonnullas declarationes, quas inferam.

- Prima illa est inspiciendam fore consuetudinem vt is ad reparationem teneatur, qui de consuetudine reparare solitus sit vt arg. c. ad Apostolicæ extra de Simon. voluit Abb. in c. 1. num. 3. de Eccles. edific. & voluit Aufser. in d. decis. Capp. Thol. 499.
- Secunda est similis præsentī, quod in Ecclesia in qua est quarta reddituum, vel reliquorum deputata, pro illius fabrica, & reparatione eroganda est, & tunc nec Archiep. suam, nec Rector Parochialem reparare tenebuntur, prout Gelafius, Simplicius, & Grego. Summi Pontifices statuerunt in c. quatuor. ca. de redditibus c. cognouimus 12. q. 2. Holtiens. in summa titu. de eccles. edific. §. 1. in fin. Panor. in c. 1. Aufser. in dicta decis. 499. Ripa lib. 3. Responfor. ca. 22. n. 3. post alios. Vallas. consultat. siue decis. 159. n. 5. cum his, quæ Aloyf. Ricc. Praxis. Pars III.

allegat Fuscus de visitat. lib. 1. cap. 10. num. 15. 16. Tertia declaratio non teneri Archiepiscopum, & prælaturum ad ecclesiæ reparationem, si ab hostibus sit destructa Gallus. Arrestor. Curia 69.

- Quarta declaratio est vt tunc Archiepisc. & Rector teneantur ad Ecclesiæ reparationem deductis tamen ijs, quibus pro necessitate vti possint, & sic de superfluis tantum teneantur, vt dicit Cappella Tholof. in d. decis. 499. Aufser. in locis allegatis. Vallascus in dicta consultatione, siue decis. 159. nu. 12. 13. 16. Eo enim casu ex fructuum modicitate, & insufficientia non tenentur arg. c. decernimus 10. q. 1. c. de his de eccles. edific. & voluit Concilium Trident. sess. 21. cap. 5. incipit cum illud, ibi (qui si non fuerint sufficientes) quod aduertit Colta de Remed. subsidiar. Remedio 106. Illatione 2. num. 1. 2. 3.
- Quinta declaratio fit, vt ijs omnib. deficientibus teneantur subditi, & Parochiani, cum ibidem recipiant Sacramenta arg. c. Episcopus de off. ordin. in 6. Panor. in d. cap. 1. num. 34. & in c. de his nu. 3. & 4. eodem tit. Aufser. in d. decis. Cappellæ Thol. 499. Vallascus in d. consultat. siue decis. 179. num. 16. cum pluribus seq. Vbi dicit vidisse pluries id ordinari per Reges in Lusitania, vt laici parochiani contribuant, confito tamen Regi de modicitate reddituum Ecclesiæ, quod & probauit etiam Sac. Tridentinum Concilium in d. sess. 21. cap. 7. supra allegato. Fuscus de visitat. lib. 1. cap. 10. sub num. 16. nouissimè. Mainardus in decis. Tholof. 32.
- Eoque casu parochiani tenentur ad opera cum operibus manualibus, & cum viribus, & tenentur dare calcem, & cimenta vsq; ad finem operis perfecti, & Ecclesiæ edificatæ. Mainardus in decisio. Tolosan. 32.

RESOLVT. XXV.

- 1 Bona quæ sita ab Archiepiscopo post promotionem præsumuntur quæ sita ex redditibus Ecclesiæ.
- 2 Bona Archiepiscopi præsumpta ex redditibus Ecclesiæ, nec ab intestato, nec in testamento possunt alicui relinqui.
- 3 Consuetudo non potest facere, vt prælato succedant hæredes aut de bonis disponat.
- 4 Bona habentia signum Ecclesiæ præsumuntur Ecclesiæ.
- 5 Prælato conceditur dispositio bonorum intuitu Ecclesiæ cum licentia Pontificis.
- 6 Si constet prælaturum habuisse bona propria, vel officium, ex quo tunc bona non præsumuntur Ecclesiæ.
- 7 Si Ecclesia pauper fuerit, tunc bona Prælati non præsumuntur Ecclesiæ.

An bona quæ sita ab Archiepiscopo præsumantur quæ sita ex redditibus Ecclesiæ.

- 1 Vit proposita quæ sitio an bona quæ sita ab Archiepiscopo præsumantur ex redditibus Ecclesiæ, pro cuius resolutione, præter nonnulla adducta mihi visum fuit respondere, ac per textus & Doctores definire quod sic, vt eo modo ex redditibus Ecclesiæ præsumantur quæ sita, vt ideo successor in dignitate debeantur, quando post promotionem quæ sita sunt, vt est tex. in cap. 1. vbi gloss. de pecul. cleric. c. manifesta 12. q. 1. c. Sacerdotes. c. quicumq; 12. q. 4. c. nonnulli. c. fixum 12. q. 5. vt post Ioan. Andr. & Panor. scribit. Gamma in decis. Lusitan. 313. num. 1. etiam si dixisset ex bonis proprijs, & patrimonialib. quæ sita fuisse, vt dicit idem Gam. num. 2. & 3.
- Ampliatur primò vt nec ab intestato, nec ex testamento suis, vel alijs relinquere possit. idem Gamma. num. 5.
- Ampliatur secundo, vt nec consuetudine introduci possit, quod prælatus de illis disponat, vel quod ei succedant

B

cedant

cedant heredes quoad bona immobilia, secus si bona essent mobilia, & modici valoris. Panormit. & Barbat. in cap. cum in officijs de testamen. de Curtis in ca. fin. de consuetud. quos sequitur idem Gamma n. 6.

- 4 Amplia etiam & tertio si bona haberent aliquod signum Ecclesie, quia tunc Ecclesie presumuntur, & successoribus debentur, vt concludit Paleot. in decis. Rom. nouiss. 582. Marf. de Ecclef. reddit. origine cap. 23. num. 63.

Limita nunc primò si fieret dispositio bonorum intuitu Ecclesie, quæstorum cum dispositione Summi Pontificis quod ex causa concedere solet. D. Tho. 2. 2. q. 110. art. 2. in fin. Panorm. in c. cum esses nu. 29. de testament. Felin. in cap. constitutus de rescript. artic. 20. Gam. num. 6. decis. 313.

- 6 Limita secundo si constet Prælatus habuisse bona propria vel officium, ex quo tunc presumitur non acquisiuisse de bonis Ecclesie. Boer. in decis. Burdegal. 29. nu. 4. Panorm. in c. cum testes de testibus, Paleot. in d. decis. nouiss. vbi dicit idem procedere, vt non presumatur quæstita ex redditibus Ecclesie, si illa est pauper.

RESOLVT. XXVI.

- 1 In ædificanda Ecclesia requiritur prælatus superioris licentia, & quid si sit parochia, num. 2.
- 3 In reparatione Ecclesie non requiritur Episcopi, vel prælatus licentia.
- 4 Ad meliorandum potest mutari locus cum licentia Episcopi, quæ licentia non requiritur si Ecclesia sit penitus diruta.
- 5 Quando presumatur Ecclesia erecta auctoritate Superioris.
- 6 Ecclesia erectio facta per aliquem non probatur per capturam possessionis.
- 7 Lapsu temporis presumitur erecta parochialis cum auctoritate superioris.
- 8 Quantum temporis requiratur ad hoc vt monasterium dicatur erectum cum auctoritate.
- 9 Quomodo procedat principalis conclusio.

Archiepiscopi auctoritas quando requiratur in ædificanda Ecclesia.

- 1 In ædificanda Ecclesia requiritur prælatus superioris consensus argum. cap. 1. cum similib. extra de religiof. domib. & S. fancimus auth. vt nullus fabric. orat. voluit Guid. Pap. in decis. Gratianopol. 360. in princip. Cantucci in decis. nouissim. Roman. 52. nu. 4. vol. 2. Lancellot. Instit. canonic. lib. 2. titul. de construend. consecrand. & reparandis Ecclef. per totum. Reusnerus in decis. 1. num. 32. lib. 4. Cathedralis autem requirit Papæ consensum non Episcopi. Faber. in S. religiosum Institut. de rerum diuis. Marcus in decis. Delph. 1009. nu. 4. vol. 1.

- 2 Sed si parochia esset Ecclesia, & vellet alia ædificari, & si accederet Archiepiscopi, aut Prælatus consensus id fieri nequit absque parochi etiam consensu ne iuribus suæ parochialis Ecclesie præiudicium fiat, & argumen. c. dilectus de Cappel. monach. & aliorum iurium voluit Guido Papæ in decis. Gratianopol. 360. Crescent. in decis. 1. num. 2. de oper. nou. nunciat. dicens præstari cautionem de demoliendo, & quod interim non consecratur pendente lite. Adde. Francif. Marcum in decis. 1014. num. 3. vol. 1.

- 3 In reparatione verò Ecclesie Archiepiscopi, vel prælatus consensus non requiritur Glof. in c. de Monachis 18. quæst. 2. vbi allegat tex. in c. si quis vult. 16. quæst. 7. quem sequitur Reusner. in decis. 1. sub num. 32. lib. 4. tamen textus in d. cap. si quis vult nihil dicit de reparatione, sed quod ad meliorandum po-

test mutari locus Ecclesie cum consensu tamen Archiepiscopi. Sed si esset in totum diruta Archiepiscopi consensus non exigitur Felin. in c. cum accessissent vers. hæc, & si de constir.

- 5 Erecta etiam presumitur Ecclesia Archiepiscopi, & superioris auctoritate quando habet dotem, vt ex Calder. in conf. 4. & Egid. in cap. super hoc num. 21. de re iudic. censuit de Grassis in decis. Rotæ Roman. Nouiss. 508. num. 4. vol. 1.

- 6 Ecclesie erectionem factam fuisse per aliquem non probatur assertionem instrumenti de captura possessionis, in quo id asseratur, vt concludit, nihil tamen allegans, Tolomæus in decis. Rotæ Nouissime 1091. volum. 3.

- 7 Parochialis Ecclesia superioris auctoritate, & consensu ex lapsu temporis erecta presumitur, quando in illa diuina officia publice celebrata fuisse, vt voluit Afflict. in decis. Neapol. 368. num. 5. Cantucci in decis. Rotæ Nouissima 52. num. 41. vol. 3. latè Gabriel. commun. opin. lib. 1. titul. de præsumpt. conclus. 1. num. 8. vbi dicit, pro monasterio monialium præsumi lapsu temporis triginta annorum superioris auctoritatem intercessisse. Alexand. in consil. 79. col. 3. versic. Sed premisiss. vol. 1. & in consil. 45. in fin. vol. 3. vbi loquitur de lapsu decem, vel viginti annorum. Tiraquel. de legib. connubial. in verb. contra-

- 8 Glof. 7. num. 39. cum pluribus sequentibus. Dec. in consil. 222. num. 9. vers. 4. Lancellot. Gallia in consil. 124. num. 6. vol. 1.
- 9 Supradictam proximam decisionem, & conclusionem aliqui procedere dixerunt quando requiritur consensus, secus autem velint, si exigeretur licentia, in qua non sufficit cursus aliquis. Afflict. in cap. 1. num. 46. de prohibet. feud. alien. per Lothar. voluerunt Domini de Rota in decis. Roman. Nouiss. 188. num. 9. 10. vol. 1. quam nouissime refert Costa de facti scient. & ignoran. in verbo communia vtriusque indicij Regul. 18. num. 9.

RESOLVT. XXVII.

- 1 Appellatio extraiudicialis dicitur pronocatio ad causam.
- 2 Appellatio extraiudicialis non potest fieri ad Archiepiscopum.
- 3 Excommunicatus non appellat extraiudicialiter.
- 4 Itineris arreptio ad Papam habetur pro appellatione.
- 5 Priuilegium c. vnic. tit. de peregr. quod sit.
- 6 Carceratus fugiens de carcere, & confugiens ad superiorem non dicitur aufugere, sed quomodo hoc procedat vide vt num. 7.

De Appellatione extraiudiciali quod non possit fieri ad Archiepiscopum, & quid in arreptione itineris.

DE appellatione extraiudiciali, & de arreptione itineris ad Papam habeo aliquid dicere.

- 1 Primo igitur scias quod ista appellatio extraiudicialis potius querimonia, & pronocatio ad causam dicitur, quam vera appellatio, & propterea necesse est quod interponatur ad Iudicem, qui possit adiri per viam querelæ, & successiue non potest interponi ad Archiepiscopum, qui modo potest adiri per viam querelæ respectu subditorum suffraganei l. pastoralis de offic. ord. Abb. in cap. dilecti filij de appellat. loquitur etiam, quod excommunicatus non potest appellare extraiudicialiter, quia esset exponere querimoniam, & agere, quod illi est prohibitum c. cum inter de except. vbi Abb. quamuis in hoc dubio Innocent. fuerit varius, nam in dicto c. cum inter tenuit non posse appellare, & contrarium in cap. dilecti de maiorit. & obed. tamen sequendus est Ioan. And. quem etiam sequitur Abb. in d. c. cum inter & in c.

in c. bonæ memoriæ, qui ita concordat, quod aut appellatio est merè extraiudicialis, & non potest excommunicatus appellare, aut non est merè extraiudicialis; potest poni exemplum in eo, qui appellat ab exequutore volente alicui providere de beneficio, qui potest vexare, & gravare, & tunc poterit appellare, sed quid in arreptione itineris, an habeatur, pro appellatione, si iter arripitur ad Archiepiscopum. Sciendum quod arreptio itineris ad Papam habetur pro appellatione, si serventur ea, quæ servari debent in appellatione d. c. dilecti filij de appellat. & ideo sicut appellans in Iudicio tenetur in scriptis appellare, & exprimere aliquando causam, & petere Apostolos: ita qui arripit iter debet hæc omnia servare, & Iudici in scriptis significare, & protestari, quod propter gravamen iter arripit, & hæc arreptio itineris deo-
luit causam ad Archiepiscopum, licet non appellatio extraiudicialis, quando tamen iter arripitur a Iudice procedente Iudicialiter, vt singulariter, & indistinctè tenet Abbas in dicto cap. dilecti filij, quæ itineris arreptio defendit etiam nuncios missos ab appellantibus Innocent. in c. vt debitus de appellationib. Abb. in d. c. dilecti unde excommunicatio esset nulla.

Sed pone quod in arreptione itineris non fuerint servata supradicta, prout in appellatione Iudiciali, an possit iter arripiens aliquo modo defendi, dicendum quod poterit defendi, si arripit iter ad Papam ex privilegio tituli de peregrinantibus cap. vnico, vbi euntes ad Papam sunt sub eius protectione, & non debent ab aliquo molestari.

Sed an euntes sine causa, & voluntariè gaudeant tali privilegio variæ sunt opiniones Innocent. in d. cap. vt debitus de appellat. tenet requiri, quod accedat ex aliqua necessaria causa, vel probabili, non ex qualibet voluntaria, & tali casu nihil possit iuvare per Iudicem, quæ opinio non displicet Abbati in d. c. vnicodicitur autem causa necessaria, vt reueletur ab aliqua oppressione, vel simili.

Sed Hostien. tenet quod d. c. vnic. procedit in quolibet accedente ex quacunque causa, vt non possit procedi contra peregrinantem, nisi fuerit a Iudice facta præventio, & hanc opinionem etiam laudat Abbas cum moderatione tamen, vt reuocetur id, quod est grauis præiudicij, & innouatum fuerit post iter arreptum, rationabilior tamen videtur opinio Innocentij vt requiratur aliqua causa saltem probabilis, ne eludantur Iudicia ordinariorum, facit quod fugiens è carcere, & confugiens ad superiorem non dicitur aufugere l. qui sit fugitiuus ff. de edilitio edicto, quia itineris arreptio ad superiorem habet vim appellationis, vt in l. sed & si per prætorem §. fin. & ibi Bal. ff. ex quib. causis maiores, tamen id procedit quando aufugit ex iusta causa nempe ob timorem imminentis periculi in eius personam propter Iudicis, vel custodis fauoriam vel etiam nequitiam, secus si sine causa, vel cum causa, sed iniusta, & non colorata, ita Bos. de carcer. fideius. committ. & alij allegati per Farinacium lib. 1. q. 30. de carcer. & carcer. nu. 174.

RESOLVT. XXVIII.

- 1 Archiepiscopus tenetur facere exemptam domum clericorum ab hospitio militum.
- 2 Adiuncti ratione multa conceduntur.
- 3 Privilegia quæ habent milites habent etiam & clerici.

An Archiepiscopus teneatur facere exemptam Domum clericorum ab hospitio militum, vulgò allegamento.

IN Ciuitate Materæ accidit mihi hæc questio, & resolu quod Archiepiscopus tenetur facere il-
Aloyf. Ricc. Praxis. Pars III.

lam exemptam, cum de Iure communi domus Clericorum sit exempta ab hospitio militum l. 2. C. de Episc. & Cler. idem cauetur C. Regni. Item statui-
mus, quod domus Ecclesiasticorum sit exempta ab hospitio militum, & Tapia in tit. de Episcop. & clericis ampliat ad parentes, & fratres habitantes simul cum eorum filiis, & fratribus clericis, vt sint exempti ab onere hospitandi, & pro hac ampliatione possunt adduci nonnulla, quæ conceduntur ratione adiuncti iuxta glos. in l. fin. C. de muner. & honor. & late tradita per Marf. in l. de minore §. tormenta nu. 14. ff. de quæst. vbi ponit multa exempla. Idem tenet multos allegans Carol. de Grafs. de effect. clericat. effect. 3. n. 122. & tanto magis hæc procedere possunt si consanguinei militum armatæ militiæ haberent hoc priuilegium non hospitandi in domibus eorum ratione ipsorum militum secum commorantium, vt eodem priuilegio debeant gaudere consanguinei clericorum, qui habitant in eorum domibus simul cum clericis, qui gaudent omnibus priuilegijs militum, iuxta Glos. communiter receptam in l. miles. ff. de re iudicat.

RESOLVT. XXIX.

- 1 Clericus per vnicam habitus omissionem non debet priuari clericali priuilegio, sed tanta perseuerantia est necessaria, vt publicè laicus dicatur.
- 2 Episcopus potest taxare tempus, intra quod clericus dicatur perseuerasse in habitu laicali.
- 3 Tempus non præfixum, & limitatum a Iure potest Index ad eius arbitrium limitare, & ampliare.
- 4 Index potest stabilire tempus indefinitum accedendi ad locum, in quo solui debet sicut etiam ei conceditur taxare tempus ad purgandam moram.
- 5 Index potest taxare tempus statuendum condemnato.
- 6 Tempus electionis mancipiorum legata & testatore potest etiam a Iudice determinari.

An Archiepiscopus possit taxare tempus, infra quod Clericus incedendo absque habitu, & tonsura dicatur in eo perseuerantia, ita quod publicè æstimeretur laicus.

D. Aloysius Iesualdus Eques præclarissimus Vir quidem miræ eruditionis, eminentissimique ingenij, eiusque Gubernij Vigilantissimi quæsiuit a me. Supposita illa communi sententia Clericum non priuari clericali priuilegio propter vnicam habitus omissionem, sed necessariam esse tantam perseuerantiam, vt publicè æstimeretur laicus, vt voluerunt Castell. in conf. 5. numer. 9. Monald. conf. 22. num. 3. & sequen. Clar. in practic. §. fin. q. 35. Farinac. de inquisit. q. 8. numer. 68. Quarant. in summa Bullarj, q. 33. versic. habitus, possit Episcopus taxare tempus, infra quod talis clericus dicatur perseuator in habitu laicali, & consequenter dici valeat amississe clericale priuilegium, in quo articulo respondi affirmatiuè potuisse, scilicet d. D. Episcopum tempus taxare, & mouebat ad id tenendum ex eo quod vbi tempus a iure non reperitur præfixum, & limitatum permittitur iudici illud limitare, ampliare ad eius arbitrium tex. est apertus, & quod ibi communiter notatur in ca. de causis, de officio delegat. Bald. conf. 29. vol. 1. Alex. conf. 339. vol. 2. vbi prefixio temporis est in arbitrio superioris, & quando superior non declarat tempus indefinitum, potest appellari, vt taxetur, & facit text. in l. continuus, §. cum ita, ff. de verborum oblig. vbi tempus incertum, & indefinitum accedendi ad locum, in quo solui debet, potest index arbitrari, & stabilire, quemadmodum taxare ei indulgetur tempus incertum ad purgandam moram, iuxta terminos, ca. potuit de locato. Rota in decif. 572. parte 1. diuers. Teis. in decif. 77. Rota Perus. in decif. 90. Ioseph. Lu-
B 2 donic.

donic. & facit, quod voluit glof. in l. si cum dies, §. ult. ff. de arbitris, vbi tempus statuendum condemnato ex laudo arbitri, quamvis non fit à iure determinatum potest index taxare, & definire quemadmodum tempus, quod conceditur ad creditum liquidandum, vt in compensationem deduci possit Afflic. in decif. 121. & in decif. 165. post Rolan. consil. 16. num. 14. vol. 1. & Parif. conf. 121. vol. 1. quemadmodum potest taxare tempus, intra quod dicatur fideiussores diu sterifese in obligatione, ad hoc, vt agi possit contra obligatum, antequam soluat, iuxta latè tradita in l. Lucius, ff. mandati, & in l. si pro ea, C. eodem tit. Afflic. in decif. 248. ita Menoch. lib. 2. de arbitrarijs casu 41. & potest etiam declarare tempus, quando quis dicatur diu possedisse cum rei vindicatio expetitur. Boer. in decif. 42. post Parif. in conf. 104. Dec. in consil. 428. & pro confirmatione prædictorum, ac principalis quæstionis facit, quod eleganter tradit Menoch. libro primo, de arbitr. iudic. quæstion. 32. vbi electio mancipiorum cum à testatore sit legata, nec tempus, intra quod eligendum est mancipium præfinitum est, statuit Iudex, vt taxetur tempus, vt probatur etiam in l. mancipiorum, ff. de optione legata Parif. consil. 23. num. 3. volum. 3.

RESOLVT. XXX.

- 1 Bona Ecclesiæ prohibentur locari vltra triennium, sed contrarium patet, num. 4.
- 2 Extrauagans Paulina generaliter prohibet bonorum locationem.
- 3 Extensio semper datur in casibus, vbi eadem est ratio.

Archiepiscopus habens Castrum continens plura corpora reddituum, quorum aliqua afferunt fructus quolibet anno, reliqua tamen maioris redditus quolibet biennio, an illud locari possit vltra triennium.

Consultus circa supradictum articulum, dicebam mihi dubium facere generalem probationis rationem desumptam ab Extrauagant. ambitiosa. de rebus Ecclesiæ non alienandis, vbi prohibentur locari bona ecclesiæ vltra triennium, quæ prohibitionis ratio cum sit generalis, generaliter erit intelligenda ad tex. in l. qui generaliter, ff. de legatis præstandis, Bald. in consil. 22. volum. 1. vbi à cortice verborum legis non est recedendum allegat text. in l. non aliter, ff. de legatis 3. vbi à verbis legis non est recedendum, præsertim vbi mens, non contradicit cap. præterea, de verborum significatione, & est tex. expressus in l. si quis filium, C. de liberis præteritis, vnde applicando supradicta ad casum, de quo verba facimus, cum Paulina nullam distinctionem faciat, & generaliter prohibeat bonorum ecclesiæ locationem vltra triennium, igitur nullo modo per nos distinguere potest, & consequenter eius dispositio limitari, l. de pretio, ff. de Publiciana, in rem actione, vt in specie adnotauit Alex. in consil. 71. volum. 1. Castrenf. consil. 124. volum. 2. Corn. in consil. 15. vol. 1. lex enim etsi dura, & inobseruabilis semper obtemperanda est, l. prospexit, ff. qui, & à quibus Alciat. conf. 17. numer. 5. & sequent. Bomin. conf. 35. num. 8. & sequent. Merend. conf. 16. cap. erit autem lex 4. distinct. his accedat, dispositionem Extrauagant. concernere publicam vtilitatem, ne scilicet bonorum ecclesiæ dominium in alios transferatur, vt dicit Afflic. in Consil. Regni in locis Demanij numer. 15. quem refert, & sequitur Marta decif. 186. igitur latè debet interpretari ad tradita per Bart. in l. 1. §. exercitum, ff. de his, qui notantur infamia vbi, quod odium fauore publicè vtilitatis debet ampliari, l. quemadmodum, C. de agricolis, &

cenfuit lib. 10. Castrenf. conf. 23. vbi allegat l. 1. §. fin. C. de caducis tollendis. Decius conf. 160. numero 6. & in consil. 661. num. 5. vbi, quod procedit etiam in pœnalibus, prout in casu prohibitionis Paulinæ, vbi eadem est ratio in vtroque casu, cum par sit ratio si bona maioris redditus fructus reddunt quolibet triennio, minoris vero redditus singulis annis, quo fit, vt ratio prohibitionis Extrauag. ad vtrumque casum extendatur, ex quo certissimi iuris est, dari extensionem in casibus, vbi eadem est ratio, & omnimoda similitudo, cum tunc non dicatur fieri extensio iuris, sed terminorum, vt dicit Salicet. in l. 2. num. 22. C. de iure emphyteot. & vbi in tali casu viget eadem ratio, idem statutum esse intelligitur, & quod est in mente condentis Canones pro expresso habetur glo. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pactis. Archid. in c. pœnæ, de pœnit. dist. 3. & Extrauag. ambitiosa comprehendit omnes casus, in quibus eadem, vel maior ratio viget l. sancimus, C. de sacrosanct. eccles. l. transigere, C. de transac. tex. in l. si quis seruo, C. de seruis corruptis, & de communi attestatur Salicet. in l. 2. num. 21. vers. item contra, C. de noxalibus: item pro eadem opinione confirmanda accedat, quod Rubrica Extrauag. ambitiosa est, vt non locentur bona Ecclesiæ vltra triennium, ergo loquitur generaliter, & proinde militat eadem ratio, tam in bonis maioris redditus, quam minoris, igitur idem ius est asserendum, valet enim argumentum à Rubricis, l. Imperatores, ff. de in diem adiecto, l. vnica, C. vt nemo inuitus, c. vnico, vt ecclesiastica beneficia, & latè Triuis. in decif. 50. par. 2. & Marta in decif. 176. glof. in c. 1. & in c. de arbitris, de officio delegat. Corn. in consil. 38. vol. 1.

Supradictis accedebat, quod ratio cur bona ecclesiæ possint locari quandoquidem ad Nouennium est, scilicet, quoniam eius sunt conditionis, vt quolibet triennio vnicus tantum fructus percipiatur, vt per Couar. lib. 2. variar. resol. c. 15. num. 7. Guttierrez Canon. quæst. c. 8. num. 7.

RESOLVT. XXXI.

- 1 Episcopus an possit de nouo inquirere contra beneficium, in cuius fauorem protulit sententiam.
- 2 Sententia beneficalis an transeat in rem indicatam.
- 3 Superior ex officio suo semper potest inquirere.

An Archiepiscopus possit de nouo inquirere contra beneficium, in cuius fauorem protulit sententiam.

Huius quæstionis casus, quia sapius, & frequenter accidit, & multi multa dicunt, ideo nunquam volui circa talem quæstionem verbum facere; nunc verò, cum quidam presbyter ex Ciuitate Salerni eundem casum mecum contulisset, & pariter, vt aliquid scriberem rogaret, breuiter demonstravi, quod sententia in beneficalibus post decem dies transit in rem indicatam in præiudicium, volentium contradicere, qui non appellauerunt, quoniam possunt ipsi contradictionem omittire sine peccato cum spontè veniant ad contradicendum, sed non in fauorem beneficiati, quia in eius persona ininitur peccatum, & ideo superior potest semper ex officio suo inquirere, cap. cum dilecti, vbi Abb. sub numero 5. de elect. adnotat Innoc. in cap. ad aures, de rescript. facit text. in c. constitutus de appell. & per glo. in c. si forte, de elect. in 6. Secus tamen est in matrimonio carnali, quia coniux peccat obferuando sententiam contra legem diuinam, vel canonicam latam, vnde non potuit acquiescere iniusta sententiæ, merito auditur etiam post decretum, ne remaneat in peccato.

peccato; Abb. pulchrè in d.ca. cum dilecti, & hoc nota, quia de facili in praxi videtur contrarium, nam beneficiatus, qui obtinuit sententiam credit ab eodem Episcopo non posse de nouo inquiri in visitatione, vel extra.

PRAXIS BIGAMIÆ CRIMINIS.

RESOLVT. XXXII.

- 1 Bigamia est triplex.
- 2 Bigamia interpretatiua contrahitur cognoscendo uxorem adulteram etiam ignoranter.
- 3 Ignorantia inuincibilis excusat ab irregularitate bigamiæ.

Bigamiæ nomen quodnam dicatur.

NE super incognitis terminis in hac praxi procedamus, ad ornatum, & intellectum infra dicendum debent scire Tirones, quod bigamia est triplex, scilicet vera, interpretatiua, & similitudinaria.

Vera est, quæ contrahitur ex duobus matrimonijs validis, & consumatis, siue ante baptismum, siue postea: nam Sacramentum matrimonij significat vnionem Christi cum Ecclesia, qui verò duas habuit uxores, diuinitatem suam in plures.

Interpretatiua dicitur ex iuris interpretatione, vt si duxit viduam in uxorem, quæ consumasset matrimonium cum primo viro, vel duxisset corruptam ab alio, aut cum virgine cognita, postquam illa commisit adulterium cum alio, vt ex duobus matrimonijs inualidis consumatis, aut vno valido, & alio inualido similiter consumatis, quia Christus Ecclesiam virginem sibi copulauit.

Similitudinaria dicitur quoties quis viuente prima uxore duxit aliam, quæ dicitur Poligamia, vel de matrimonio contracto ab eo, qui erat professus in Religione, vel erat clericus secularis in Ordine sacro, de qua materia latissimè tractant Borgal. de irregul. p. 5. in tit. de bigamis. Montagen. in tract. de bigamia. Syluest. & alij Summistæ in verb. Bigamus. Sanchez de matr. li. 7. dif. 84. 85. & 86. Caril. in Itinerario Ordinandorum sect. 4. c. 4. Vega in Sum. p. 1. c. 38. & alij per eos relati.

Contrahiturque bigamia interpretatiua, quando quis uxorem adulteram cognouit etiam ignoranter c. si cuius, cap. si laici 34. dif. quia hic non agitur de irregularitate ob culpam, seu delictum inducta, sed ob defectum Sacramenti. c. Acutius 26. dif. c. nuper, cap. delictum, & cap. fin. de bigamis, & ita est communis DD. sententia, quam sequuntur Villadieg. de irregul. c. 13. vers. dixi etiam quod bigamus, Nau. in Manua. c. 16. num. 27. Vega in sum. p. 1. cap. 38. casu 2. Carbo de legib. lib. 8. dif. 13. c. fin. Sanch. de Matr. dif. 84. lib. 7. num. 15. Gutier. canon. q. lib. 1. cap. 25. num. 15. & 16. quamuis contra hanc communem, & receptam sententiam malè teneant Coraf. de benef. p. 3. cap. 4. num. 3. & Ledef. de Matrim. q. 66. ar. 3. ad fin. vbi dicit, quod qui ex ignorantia inuincibili duxit viduam, aut ab alio corruptam, vel accessit ad propriam uxorem, post eiusdem adulterium non incidit in bigamiæ irregularitatem, quia ista bigamia non est vllò modo voluntaria, quod parum refert cum ista irregularitas præcipuè sit inducta ob effectum Sacramenti, vt dictum est, & diuersa est ratio in irregularitate ex occisione hominis iusta, nam ista est inducta ob effectum lenitatis in ipso occisore, & ideo debet esse voluntaria, & quod dicit Cuchus in institutionibus maiorib. lib. 4. tit. 2. num. 164. quod uxoris culpam ignorasset acceptis ordinibus vti, non receptos adipisci permitteretur, accipiendum est ex dispensatione.

Aloys. Ricc. Praxis, Pars III.

RESOLVT. XXXIII.

- 1 Coniunctio fornicaria non significat coniunctionem spirituales Christi cum Ecclesia.
- 2 Per fornicationes, & adulteria iterata non contrahitur bigamia.
- 3 Habens plures concubinas non dicitur bigamus.
- 4 Non dicitur bigamus, qui contraxit cum vnica, & virginem, & concubinam habeat.
- 5 Peiora sunt fornicatio, et adulterium, quam plures ducere uxores.

Per fornicationem, vel per adulterium non contrahitur bigamia, sed necessario requiritur, quod interueniat matrimonium.

QVia coniunctio fornicaria non significat coniunctionem illam spirituales Christi cum vnica, & immaculata sponsa Ecclesia, sed tantum eam significat coniunctio coniugalis, sic per fornicationes, aut adulteria iterata non contrahitur bigamia, nisi quando in matrimonijs de iure, aut facto contractis superuenerit copula, vt ex textu in capitul. quia circa de bigamis colligunt Nauar. Manual. Latin. capitul. 27. numero 196. Diius Antonin. de irregul. capitul. tertio, numero secundo, in volum. 16. tract. Maiol. de irregul. libro primo, capitul. 33. numero decimo. Dominic. Sot. in 4. distinctione 27. questione tertia, parte prima. Couarru. in Clem. si furiosus, parte prima, §. secundo, numero secundo, & sic est, quod in dict. cap. quia circa, habens plures concubinas non est bigamus, quemadmodum nec dicitur bigamus, qui postquam contraxit matrimonium cum vnica, & virgine, siue ea mortua, siue viuua habet concubinam, quia si non contrahat matrimonium cum ea, non dicitur quoad effectum contrahendi bigamiam suam carnem in plures diuifisse, vt optimè tradit Rebuff. respons. 88. Maiol. in d. cap. 33. num. 12. Brunor. à Sole in qua. legal. quest. 32. num. 18. vt enim dicit Dominic. Sot. in dicto articulo primo, ad finem, quamuis fornicatio, & adulterium peiora sint, quam plures ducere uxores, immo hoc non est malum si successiue id modo fiat, tamen, non vitiat significationes vnitatis Sacramenti, sicut vitiat matrimonia multiplicata si in eis carnalis commixtio intercedat, vt pulchrè tradunt Doct. supra allegati.

RESOLVT. XXXIV.

- 1 Bigamus est priuatus omni priuilegio clericali, sic etiam canonis, et fori.
- 2 Bigamus perdit priuilegium immunitatis.
- 3 Prædictis penis subiunguntur constituti in minoribus ordinibus tantum non tamen in sacris ordinibus constituti, quia non perdunt priuilegium, num. 4.

Bigamus caret omni priuilegio clericali.

Generaliter apud omnes constat, quod bigamus nudatur omni priuilegio clericali, vt cautum est in capitul. vnico de bigam. libro sexto, & ibi Gloss. in verbo Bigamos, & in verbo omni priuilegio, & eadem gloss. in capitul. vnico in verbo vnicis, & in verbo virginibus, de cleric. coniugat. libro sexto, ita nec Canonis 17. q. quarta capitul. si quis suadente, nec fori priuilegio cap. primo, de foro competentis libro sexto gaudeat. Item perdit priuilegium immunitatis, vnde vexari potest vexationibus in persona, & rebus, C. de Episcop. & cleric. lege prima, & secunda. l. generalis, & cap. vult de vita, & honestate clericorum. Idem tradunt Paludanus.

B 3 nus 4.